De Proportione superquatripartienteseptimas.

Superquatripartiensseptimas proportio sit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus comprahendit eum semel & insuper quatuor septimas ipsius minoris partes: ut.xi.ad.vii.&.xxii.ad.xiiii.&.xxxiii.ad.xxi. In hac proportione undecim notulæ æquiualent septem sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum undecim diminuatur de quatuor undenis partibus proprii ualoris. Figurat' enim in cantibus hoc modo 11 22 33
Destruitur item a subsuperquatripartienteseptimas sibi opposita: 7 14 21
ut præsens probat concentus.

CANTUS


TENOR

De Proportione superquatripartientenonas.

Superquatripartiensnonas proportio sit quum maior sequentium notularum numerus comparatus minori præcedentium continet eum semel & insuper quatuor eius nonas partes & coæquatur ei: ut.xiii.ad.viiii.&.xxvi. ad.xviii. & xxxviiii.ad.xxvii. Hæc.n. pportio tredecim notulas commensurat nouem sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum tredecim diminuatur de quatuor tertiisdecimis partibus proprii quātitatiui ualoris. Figuratur.n.in notulis hoc modo 13 26 39 Destruitur uero a subsuperquatripartientenonas sibi opposita ut 9 18 27 hic.

CANTUS

De prop. supquincuptientesextas




TENOR

De Proportione superquincupartientesextas.

Superquincupartienssextas proportio sit quum maior sequentium notularū numerus ad minorem præcedentium ductus continet eum semel: & insuper unam eius aliquantam partem factam ex quinq; sextis partibus ipsius minoris ut.xi.ad.vi.&.xxii.ad.xii.&.xxxiii.ad.xviii. In hac pportione undecim notulæ æquiualen t & commensurantur sex sibi & nomine & quantitate consimilibus: ita ut singulaquæq; ipsarū undecim diminuatur de quinq; undenis partibus propriæ quantitatis. Describitur.n.in cantibus hoc modo 11 22 33
Itē destruit' a subsupquincuptientesextas pportōe sibi opposita 9 18 27
quod præsens declarat concentus.



CANTus



TENOR

De Proportione superquincupartienteseptimas.

Superquincupartiensseptimas proportio sit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet eum semel & insup quinq; septimas ipsius minoris partes ut.xii.ad.vii. &.xxiiii.ad.xiiii.&.xxxvi. ad.xxi. Hæc proportio duodecim notulas æquifacit septem sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum duodecim diminuatur de quinq; duodenis partibus propriæ quantitatis. Et describitur in cantibus hoc modo 12 24 36
Destruitur autem a subsuperquincupartienteseptimas sibi opposita 7 14 21
ut hic constat.

Verte folium

CANTVS




TENOR



De Proportione ſuperſexcupartienteſeptimas.


Superſexcupartiensſeptimas proportio fit quum maior ſequentium notulaꝝ numerus ad minorem præcedentium relatus:compræhendit eum ſemel. & inſuper ſex eius ſeptenas partes ut.xiii.ad.vii.&.xxvi.ad.xiiii. &.xxxviiii.ad.xxi. In hac proportione tredecim notulæ æquiualent & commenſurantur ſeptem ſibi conſimilibus:ita ut unaquæq; ipſarū tredecim diminuantur de ſextertiis decimis partibus ſuæ potentiæ & quantitatis. Figuratur in cantibus hoc modo 13 26 39 Atq; deſtruitur a ſubſuperſexcupartienteſeptimas:ut hoc percipitur 7 14 21 concentu.

CANTVS





Cæteras



Cæteras quoq; huius ſuppartientis generis ſubal ternas & ſpecialiſſimas ſpecies diligentiæ cantorum relinquimus cōquirendas.

De Genere ſubſuperpartienti & eius ſpeciebus. Caput octauum.

SVbſuperpartiens genus quod tertium eſt minoris inæqualitatis oppoſitum quidem ſuperpartienti fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in eo ſemel & inſuper una eius aliquanta pars facta ex pluribus aliquotis & minor ipſe maiori æquiualet in potentia. Sunt enim huius generis ſpecies ſubalternæ:Subſuperbipartiens:ſubſupertripartiens Subſuperquatripartiens: Subſuperquincupartiens & deinceps. Specialiſſimæ autem eius ſpecies ſunt Subſuperbipartienstertias: Subſuperbipartiensquintas. Subſuperbipartiensſeptimas. Item ſubſupertripartiensquartas. Subſupertripartiensquintas. Subſupertripartiensſeptimas. Atq; reliquæ ſecundum eandem conſiderationem procedunt de quibus ſingillatim eſt dicendum.

De Proportione ſubſuperbipartiente tertias.

Subperbipartienstertias proportio fit quum minor ſequētium notularum numerus ad maiorem præcedentiū relatus continetur in eo ſemel & inſuper una eius pars aliquanta:facta ex duabus tertiis partibus ipſius minoris: & æquiualet ipſi maiori:ut.iii.ad.v.&.vi.ad.10.&.viiii.ad.xv.& deinceps. In hac proportione tres notulæ æquiualent & commenſurantur quinq; ſibi & nomine & quantitate conſimilibus:ita ut unaquæq; ipſarum trium augmentum ſuſcipiat de duabus tertiis partibus propriæ quantitatis. Et figuratur in cantibus hoc modo 3 6 9 Deſtruitur enim a ſuperbipartienteſeptimas eam illico ſub ſequente 5 10 15 quæ ſibi oppoſita eſt ut hoc concentu aperte percipitur.

Verte folium

CANTUS

TENOR




De Proportione subsuperbipartientequintas.

Subsuperbipartientesquintas proportio fit quum minor sequentium notularũ numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in ipso semel & insuper duæ ipsius minoris quintæ partes ut.v,ad.vii. &.x.ad.xiiii. &.xv.ad.xxi.& deinceps. In hac proportione quinq; notulæ æquiualent & commensurantur septẽ sibi consimilibus:ita ut singulaquæq; ipsarum quinq; duarum quinarum partiũ propriæ quantitatis suscipiat incrementum. Figuratur autem in cantibus hoc modo v x xv Et destruitur a superbipartientequintas sibi opposita ut hic probat vii xiiii xxi concentus.

CANTUS



De ppor, subsuptripartientequartas




TENOR

De Proportione subsupertripartientequartas


Subsupertripartiensquartas proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in ipso semel & insuper tres quartæ ipsius minoris partes ut.iiii.ad.vii.&.viii.ad.xiiii. &.xii. ad.xxi. Hæc proportio quatuor notulas septem sibi cõsimilibus æquat ita ut unaquæq; ipsarum quatuor augeatur de tribus quartis partibus sui ualoris.Figuratur enim in notulis hoc mõ iiii viii xii Et destruitur a supertripartientequartas sibi opposita ut hoc mon vii xiiii xxi stratur concentu.

CANTUS



TENOR






De Proportione subsupertripartientequintas.


Subsupertripartiensquintas proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium notularum ductus continetur in eo semel & insuper tres eius quintæ partes:ut.v.ad.viii.&.x.ad.xvi.&.xv.ad.xxiiii. In hac proportione quinq; notulæ æquiualent & commensurantur octo sibi consimilibus ita ut singulaquæq; ipsarum de tribus quintis partibus propriæ quantitatis suscipiat incrementum. Describitur enim in notulis hoc modo 5 10 15 Et destruitur a supertripartientequintas sibi opposita:ut hic patet. 8 16 24





De Proportione subsuperquatripartientequintas.


Subsuperquatripartiensquintas proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus resìdet in ipso cum quatuor quintis partibus suis:ut.v.ad.viiii.&.x.ad.xviii.&.xv.ad.xxvii.& deinceps. Hæc proportio quinq; notulas æquat nouem sibi consimilibus ita ut unaquæq; ipsarum quinq; augeatur de quatuor quintis partibus propriæ quantitatis. Figurat̃ autem in cãtibus hoc modo 5 10 15 Atq; destruitur a superquatripartientequintas sibi opposita:ut hoc 9 18 27 patet exemplo.






De Proportione subsuperquatripartienteseptimas.

Subsuperquatripartiensseptimas proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus continetur in ipso semel & insuper quatuor ipsius septenæ partes:ut.7.ad.11.&.14.ad.22.&.21.ad.33. In hac proportione septem notulæ æquiualent & connumerantur undecim sibi consimilibus:ita ut unaquæq; ipsarum septem crescat de quatuor septenis partibus ꝓpriæ quantitatis Figuratur enim in cantibus hoc modo 7 14 21 Et destruitur a superquatripartienteseptimas sibi opposita ut hoc proba 11 22 33 tur cõcentu





Reliquas autem huius generis & subalternas & specialissimas species diligẽtiæ musicorum considerandas relinquimus

De Genere multiplicisuperparticulari & eius speciebus Caput nonum

Multiplex superparticulare genus quod quartum est maioris inæqualitatis compositum ex duobus primis fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus compræhendit eũ pluries & insup unã eius aliquotã ptẽ, Huius,n,infinitæ sunt spẽs diuersis gradi

bus considerandæ. Primus gradus procedit ex prima multiplici singulis superparticularibus secundum naturalē earū dispositionē præmixta ut Duplasesqualtera.5.ad.2. Duplasesquitertia.7.ad.3. Duplasesquiquarta.9.ad.4. Duplasesquiquinta.11.ad.5.& deinceps. Secundus gradus concipitur ex secunda multiplici omnium superparticulariū naturaliter disposita & susceptibili.ut Triplasesqualtera.7.ad.2. Triplasesquitertia.10.ad.3. Triplasesquiquarta.13.ad.4. Triplasesquiquinta.16.ad.5.& deinceps. Tertius gradus omnes superparticularis generis habitudines tertiæ multiplici coniungit:ut Quadruplasesqualtera.9.ad.2.Quadruplasesquitertia.13.ad.3.Quadruplasesquiquarta.17.ad.4. Quadruplasesquiquinta.21.ad.5.& deinceps. In quarto gradu singulæ superparticulares quartæ multiplici adhærent ut Quintuplasesqualtera.11.ad.2. Quintuplasesquitertia.16.ad.3.Quintuplasesquiquarta.21.ad.4.Quintuplasesquiquinta.26.ad.5.& deinceps. Atq; ita infiniti sunt huius generis gradus: Graduūq; species infinitæ.


De Proportione duplasesqualtera.


Duplasesqualtera Proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus continet eum bis & insuper dimidiam ipsius partem æquiualens ei in potentia & temporis mensura ut.5. ad.2. &.10.ad.4.&.15.ad.6.& deinceps.In hac proportōe quinq; notulæ æquiualent & commensurantur duabus sibi consimilibus nomine & quantitate: ita ut. unaquæq; notula ipsarum quinq; diminuatur de tribus quintis partibus propriæ quantitatis. Describitur enim in cantibus hoc modo 5 10 15 Et destruitur a subduplasesqualtera sibi opposita:ut hoc concentu per 2 4 6 cipitur.

CANTUS




TENOR





De Proportione duplasesquitertia

Duplasesquitertia proportio fit quum maior sequentium notularum numerus minori præcedentium comparatus continet eum bis & insuper tertiam ipsius partem æquiualens ei in potentia:ut.7.ad 3.&.14.ad.6.&.21.ad.9.& deinceps Hæc enim proportio septem notulas tribus sibi cōsimilibus coæquat:ita ut singulaquæq; ipsarū septem diminuatur de quatuor septenis partibus sui ualoris Figuratur enim in cantibus hoc modo 7 14 21 Et destruitur a subduplasesquitertia sibi opposita ut hoc percipitur 3 6 9 concentu



CANTUS



TENOR

De Proportione duplasesquiquarta.

Duplasesquiquarta proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus cōtinet eum bis & insuper quartam eius partem ut.9.ad.4.&.18.ad.8.&.27.ad.12. & deinceps. In hac ꝓportione nouem notulæ æquiualent & cōmensurantur quatuor sibi cōsimilibus in quantitate & tē

poris meusura:ita ut unaquæqꝫ ipsarum nouem diminuatur de quinqꝫ nonis par tibus propriæ quantitatis. Figuratur enim in cantibus hoc modo 9 18 z7 Et destruitnr a subduplasesquiquarta sibi opposita:ut hoc constat con 4 8 1z centu

CANTUS


TENOR



De Proportione duplasesquiquinta

Duplasesquiquinta proportio fit quum maior sequentium notularū numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit eum bis & eius insuper quintam partē ut.x1.ad.5.&.zz.ad.10.&.33.ad.15. Hæc enim proportio undecim notulas quinqꝫ sibi consimilibus coæquat in potentia & temporis mensura:ita ut unaquæqꝫ ipsarum undecim minuatur de sex undenis partibus propriæ quantitatis. Describitur in cantilenis hoc modo x1 zz 33 Et destruitur a subduplasesquiqnta sibi opposita ut hic patet 5 10 15

De Propor. triplasesqualtera



De Proportione triplasesquitertia

Triplasesqualtera proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet eum ter & insuper dimidiam eius partem:ut.v11.ad..ii.&.xiiii.ad.iiii.&.xxi.ad.vi.&.deinceps. In hac proportione septē notulæ æquiualent & cōmensurantur duabus sibi consimilibus ita ut unaquæqꝫ ipsarum septem diminuatur de quinqꝫ septenis partibus suæ quantitatis. Figuratur autem in notulis hoc modo .vii.xiiii.xxi. Destruitur insuper a subtriplasesqualtera sibi opposita ut hic patet ii. iiii. vi.



De Proportione triplasesquitertia

Triplasesq̄tertia ꝑportio fit quū minor sequentiū notularū numerus ad minorē

præcendentium ductus continet ipsum ter & eius insuper tertiam partem: ut. 10. ad. 3. &. 20. ad. 6. &. 30. ad. 9. Hæc .n. proportio decem notulas tribus sibi consimilibus æquat & cōmensurat: ita ut singulæquæq; ipsarum decem de septem decenis partibus sui ualoris detrimentum patiantur Describitur in cantilenis hoc modo 10 20 30 Atq; destruitur a subtriplasesquitertia sibi opposita eā illico succedēte 3 6 9 ut presens monstrat concentus

CANTVS

TENOR

De Proportione triplasesquiquarta

Triplasesquiquarta proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus compræhendit eum ter & eius insuper quartam partē ut. 13. ad. 4. &. 26. ad. 8. &. xxxix. ad. 12. & deinceps In hac ꝓportione tredecim notulæ æquiualent & cōmēsurantur quatuor sibi consimilibus ita ut unaquæq; ipsarum tredecim diminuatur de nouem terdenis partibus ꝓpriæ quantitatis. Figuratur enim in cantibus hoc modo xiii 26 xxxix Et destruiatᶜ subtriplasesquiquarta sibi opposita ut hoc constat 4 8 12 concentu

De ꝓpor. quadruplasesqualtera

CANTus


TENOR

De Proportione quadruplasesqualtera.


Quadruplasesqualtera proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus continet eum quater & insuper dimidiam eius partem ut. 9. ad. 2. &. 18. ad. 4. & 27. ad. 6. Hæc enim proportio nouem notulas coæquat duabus sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum nouem diminuatur de septem nonis partibus sui ualoris. Describitur autem in cantilenis hoc modo 9 18 27 Atq; destruitur a subquadrupla sibi opposita ut hic.
2 4 6


Verte folium

CANTVS



TENOR






De Proportione quadruplasesquitertia.

Quadruplasesquitertia proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus cõtinet ipsum quater & eius insuper tertiam partem ut.xiii.ad.iii.&.z6.ad.6.&.39.ad.9.& deinceps. In hac ꝓporte tredecim notulæ æquiualent & connumerantur tribus sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum tredecim diminuatur de decem tertiisdecimis partibus sui ualoris. Describitur.n.in cantibus hoc modo xiii z6 39 Et destruitur a subquadruplasesquitertia sibi opposita: ut præsente 3 6 9 concentu monstratur.


CANTVS



De ꝓpor. quadruplasesquiquarta




TENOR




De Proportione quadruplasesquiquarta

Quadruplasesquiquarta proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit ipsum quater & insuper quartam ipsius partem ut.17.ad.4.&.34.ad.8.&.51.ad.1z.& deinceps. Hæc enim proportio decem ac septem notulas æquifacit quatuor sibi consimilibus: ita ut singulæquæq; ipsarum decem & septem diminuat᷑ de tredecim decimisseptenis partibus propriæ quantitatis. Figuratur in cantilenis hoc mopo 17 34 51 Destruitur item a subquadruplasesquiquarta sibi opposita ut hic constat 4 8 1z



CANTus



TENOR

De Proportione quintuplaſeſqualtera.

Q uintuplaſeſqualtera proportio ſit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet eum quinquies & eius inſuper dimidiam partem ut.xi.ad.ii.&.xxii.ad.iiii.&.xxxiii.ad.vi.& deinceps. In hac proportione undecim notulæ æquiualent & cōmenſurantur duabus ſibi conſimilibus.ita ut unaquæq; ipſarum undecim diminuatur de nouem undenis partibus propriæ quantitatis. Figuratur enim in notulis hoc modo xi xxii xxxiii Et deſtruitur a ſubquintuplaſeſqualtera ſibi oppoſita ut hoc ii iiii vi percipitur concentu.

CANTVS

TENOR

De Proportione quintuplaſeſquitertia.

Q uintuplaſeſquitertia proportio ſit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit eum quinquies & inſuper tertiam ipſius minoris partem ut.xvi.ad.iii.&.xxxii.ad.vi.&.xlviii. ad.ix.& deinceps. Hæc proportio ſexdecim notulas æquat tribus ſibi conſimilibus: ita ut unaquæq; ipſarum ſexdecim diminuatur de tredecim ſexdenis partibus ſui ualoris.Deſcribitur autem in cantilenis hoc modo xvi xxxii xlviii Et deſtruitur a ſubquintuplaſeſquitertia quod præſens probat iii vi viiii concentus.

CANTVS

TENOR

De Proportione quintuplaſeſquiquarta.

Q uintuplaſeſquiquarta proportio ſit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus:continet eum quinquies & eius inſuper quartam partem ut.xxi.ad.iiii.&.xlii.ad.viii.&.lxiii.ad.xii.& deinceps. In hac proportione uiginti & una notulæ æquiualent cōmenſurantur quatuor ſibi cōſimilibus:ita ut una quæq; ipſarum unius & uiginti diminuatur de decemſeptē uigeſimis primis partibus propriæ quantitatis. Deſcribitur.n.in notulis hoc modo xxi xlii lxiii.Et deſtruitur a ſubquintuplaſeſquiquarta ſibi oppoſita ut hic patet iiii viii xii

CANTus

TENOR


Reliquos autem huius generis gradus cum speciebus suis cõsimili processu diligentiæ musicorum considerandos relinquimus.

De Genere submultiplici superparticulari & eius speciebus. Caput Decimũ.


SVbmultiplex superparticulare genus quod quartum est minoris inæqualitatis oppositum multiplici superparticulari fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in ipso pluries cum una eius aliquota parte: æquiualẽs ipsi maiori. Huius enim infinitæ sunt species diuersis pariter gradibus consistentes. Primus gradus per subduplam singulis superparticularibus commixtam consideratur: Cuius prima species est Subduplasesqualtera: secunda Subduplasesquitertia: tertia Subduplasesquiquarta: quarta Subduplasesquiqnìnta & deinceps. Secundus gradus singulas superparticulares subtriplæ copulat hoc ordine. Subtriplasesqualtera: Subtriplasesquitertia: Subtriplasesquiquarta: Subtriplasesquiquinta: & deinceps. Tertius gradus singulas superparticulares tertiæ cõmiscet sub multiplici scilicet Subquadruplæ: ut Subquadruplasesqualtera: Subquadruplasesquitertia: Subquadruplasesquiquarta: Subquadruplasesquiquinta & deinceps. Ac reliquos quidem gradus consequenti processu facile quisq; considerare potest.

De Proportione subduplasesqualtera.

Subduplasesqualtera proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in eo bis & insuper pars eius dimidia ut. ii. ad. v. &. iiii. ad. io. &. vi. ad. xv. In hac Proportione duæ notulæ æquiualent & commensurantur quinq; sibi cõsimilibus ita ut unaquæq; ipsarum duas de tribus dimidiis partibus ꝓpriæ quantitatis suscipiat augmẽtum. Figuratur enim in cantibus hoc modo 2 4 6 Atq; destruitur a duplasesqualtera sibi opposita eã illico succedente: 5 10 15 ut hoc pcipitur cõcentu.



De ꝓpor. subdupla sesquitertia



De Proportione subduplasesquitertia.

Subduplasesquitertia porportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus compræhenditur in ipso bis & eius insuper pars tertia æquiualens ei in potentia & temporis mensura: ut. iii. ad. vii. &. vi. ad. xiiii. &. ix. ad. xxi. & deinceps. Hæc enim proportio tres notulas septem sibi cõsimilibus coæquat ita ut unaquæq; ipsarum trium augeatur de quatuor tertiis partibus propriæ quantitatis. Figuratur enim in cantibus hoc modo iii vi ix
Et destruitur a duplasesquitertia sibi opposita ut hic patet vii xiiii xxi



De Proportione subduplasesquiquarta

Subduplasesquiquarta proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorẽ præcedentiũ relatus conspicitur in eo bis & insuper eius quarta pars: ut. iiii. ad. ix. &. viii. ad. xviii. &. xii. ad. xxvii. & deinceps. In hac proportione

quatuor notulæ æquiualent & cõmenſurantur nouem ſibi conſimilibus : ita ut unaquæq; ipſarum quatuor de quinq; quartis partibus proprii ualoris creſcat Figuratur in cantilenis hoc modo iiii viii xii Deſtruitu autẽ a duplaſeſqui quarta ſibi oppoſita ut hic ix xviii xxvii

CANTVS



TENOR



De Proportione ſubtriplaſeſqualtera

Subduplaſeſqualtera proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus continetᷣ in ipſo ter & eius inſuper pars dimidia:ut.ii.ad.vii.&.iiii.ad.xiiii.&.vi.ad.xxi.&.deinceps. Hæc.n. proportio duas notulas ſeptem ſibi conſimilibus in potentia coæquat:ita ut unaquæq; ipſaꝝ duarũm augeatur dequinq; dimidiis partibus propriæ quantitatis. Deſcribitur aũt in cantilenis hoc mõ ii iiii vi Atq; deſtruitur a triplaſeſqualtera ſibi oppoſita ut præſens probat vii xiiii xxi concentus

CANTVS




TENOR




De Proportione ſubtriplaſeſquitertia

Subtriplaſeſquitertia proportio fit quum minor ſequentium notulaꝝ numerus ad maiorem præcedentium relatus continetur in ipſo ter cum tertia inſuper eius parte.ut.3.ad.io.&.6.ad.zo.&.9.ad.3o.& deinceps.In hac proportione tres notulæ æquiualent & cõmenſurantur decem ſibi cõſimilibus: ita ut unaquæq; ipſaꝝ trium augeatur de ſeptem tertiis partibus propriæ quantitatis. Deſcribitur .n.in cantibus hoc mõ 3 6 9 Et deſtruitur a triplaſeſquitertia ſibi oppoſita ut ſub iecto precipitur io zo 3o concentu



CANTVS



TENOR


De Proportione ſubtriplaſeſquiquarta

Subtriplaſeſquiquarta proportio fit quum minor ſequentiũ notulaꝝ numerus ad maiorem præcedentium ductus continetur in ipſo ter & inſuper eius quarta pars:ut.4.ad.i3.&.8.ad.z6.&.iz.ad.39.& deinceps. Hæc enim ꝓportio quatuor notulas tredecim ſibi conſimilibus coæquat in potentia & temporis menſura.ita ut unaquæq; ipſaꝝ quatuor de nouem quartis partibus propriæ potentiæ acquirat augmentum.Figuratur in notulis hoc mõ 4 8 iz Et deſtruitur a triplaſeſquiquarta ſibi oppoſita ut præſens declarat 13 z6 xxxix cocentus


Verte folium




CANTUS



TENOR







De Proportione subquadruplasesqualtera.


Subquadruplasesqualtera proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus compræhenditur in ipso quater cum dimidia eius insuper parte:ut.2.ad.9. &.4.ad.18. &.6.ad.27. & deinceps. In hac proportione duæ notulæ æquiualent & commensurantur nouem sibi consimilibus:ita ut unaquæq; ipsarum duarum augeatur de septem dimidiis partibus ꝓpriæ quantitatis. Figuratur in notulis hoc modo 2 4 6 Atq; destruitur a quadruplasesqualtera sibi opposita ut hic patet. 9 18 27

CANTUS



TENOR







De Proportione subquadruplasesquitertia.


Subquadruplasesquitertia proportio fit quum minor sequẽtium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhenditur in ipso quater cum tertia eius parte ut.3.ad.13.&.6.ad.26.&.9.ad.39.& deinceps. Hæc enim proportio tres notulas tredecim sibi consimilibus æquifacit in potentia & temporis mẽsura:ita ut unaquæq; ipsarum trium decem terdenis partibus propriæ quantitatis suscipiat augmentum Figuratur enim in cãtilenis hoc mõ 3 6 9 Et destruit a quadruplasesquitertia sibi opposita ut præsens ꝓbat 13 26 39 cõcẽtus.

CANTUS



TENOR





De Proportione subquadruplasesquiquarta.

Subquadruplasesquiquarta ꝓportio fit quum minor sequentiũ notularũ numerus ad maiorẽ præcedentiũ relatus cõpræhenditur in ipso quater cum quarta in

ſuper eius parte: ut.iiii. ad.xvii.& .viii. ad .xxxiiii.& .xii. ad .li . & deinceps. In hac proportione quatuor notulæ æquiualent & commenſurantur decem ac ſeptem ſibi conſimilibus:ita ut ſingulaquæq; ipſaꝝ quatuor augeatꝰ de quatuordecim quartis partibus propriæ quantitatis:Figuratur autē in cantibus hoc mō 4 8 iz Et deſtruitur a quadruplaſeſquiquarta ſibi oppoſita ut præſens probat i7 34 51 concentus.

CANTUS



TENOR

De Genere multiplicisſuperpartiente & eius ſpeciebus. Caput undecimum.

MVltiplexſuperpartiens genus quintum maioris inæqualitatis eſt quum maior ſequentium notulaꝝ numerus ad minorem præcedentiū relatus continet ipſum pluries:cum una eius aliquanta parte plures aliquotas cōducente Infiniti enim ſunt huius generis gradus ſingulis multiplicibus quaſcunq; ſuperpartientes complectentibus procedentes. Primus enim gradus fit ex prima multiplici ſingulis ſuperpartientibus connexa:ut Duplaſuperbipartiens. Duplaſupertripartiens. Duplaſuperquatripartiens & deinceps.Hæ enim ſubalterne ſpecies dicunꝰ:namq; in uim generis unaquæq; conuertitur cum duplarum ſuperbipatientium Alia duplaſuperbipartienstertias:ut.8.ad.3. Alia duplaſuperbipartiensquintas: ut .12.ad.5. Alia duplaſuperbipartiensſeptimas : ut.16. ad.7. Alia duplaſuperbipartiensnonas. ut.20.ad.9.&.deinceps . Verum huiuſmodi ſpecialiſſimas ſpcies uocant. Cæteris uero gradibus conſimilis conſiderationis adhibetur modus. Secundus gradus ſingulas ſuperpartientes ſecundæ multiplici coniungit. Cuius ſubalternus & ſpecialiſſimus ordo eſt. Triplaſu perbipartienstertias

perbipartienstertias:ut.11.ad.3.Triplaſuperbipartientſquintas:ut.17.ad.5. Tripla ſuperbipartiensſeptimas ut.23.ad.7.& deinceps.Tertius gradus tertiam multiplicē ſingulis ſuperbipartientibus apponit:cuius ordo eſt. Quadruplaſuperbipartiēs tertias:ut.14.ad. iii.Quadruplaſupbiptiēsqntas ut.22.ad.5.Quadruplaſupbiptiensſeptimas:ut.xxx.ad.7. In quarto gradu ſingulæ ſuperbipartiētes quartæ applaudunt multiplici hoc ordine. Quintuplaſuperbipartienstertias:.17.ad.3. Quintuplaſuperbipartiensquintas.ut.27.ad.5.Quintuplaſuperbipartiensſeptimas.37. ad.7. Conſideratur plerunq; huiuſmodi proceſſus per ſubalternarum ſuperbipartientiū ſingulis multiplicibus applicationē:ut Duplaſuperbipartiens Duplaſupertripartiens Duplaſuperquatripartiens:atq; in reliquis diuerſimoda congruit conſideratio.de quibus ſingillatim eſt dicendum

De Proportione duplaſuperbipartientetertias

Duplaſuperbipartienſtertias proportio fit quum maior ſequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit eum bis & inſuper unam eius aliquantam partem factam ex duabus tertiis partibus ipſius minoris ut.8.ad.iii.&.16.ad.6 . & .24.ad.ix . & deinceps. In hac proportiōe octo notulæ æquiualent & conmeuſurantur tribus ſibi conſimilibus:ita ut unaquæq; ipſarꝝ octo diminuatꝰ de quinq; octauis partibus propriæ quantitatis. Figuratur enim in cantibus hoc modo 8 16 24 Et deſtruitur a ſubduplaſuperbipartientetertias ſibi oppoſitaut hic mon ,iii.6 9 ſtrat concentus



CANTUS

TENOR

De Proportione duplasuperbipartientequintas.

Duplasuperbipartiensquintas proportio fit quum maior sequentium notularũ numerus ad minorem præcedantium ductus continet ipsum bis & insuper duas eius quintas partes:ut.12.ad.5.&.24.ad.10.&.36.ad.15.& deinceps. Hæc proportio duodecim notulas æquifacit in potentia & temporis mensura quinq; sibi consimilibus:ita ut singulaquæq; ipsarum duodecim de septem duodenis partibus propriæ quantitatis detrimentum patiatur. Figuratur in cantilenis hoc modo 12 24 36 Et destruitur a subduplasuperbipartientequintas sibi opposita:ut hoc 5 10 15 constat concentu.

CANTUS


TENOR

De Proportione duplasupertripartientequartas.

Duplasupertripartiensquartas proportio fit quum maior sequentium notularũ numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhendit eum bis & tres insuper eius qaartas partes:ut.11.ad.4.&.22.ad.8.&.33.ad.12.& deinceps. In hac proportione undecim notulæ æquiualent & commensurantur quatuor sibi consimilibus ita ut unaquæq; ipsarum undecim diminuat᷑ de septem undenis partibus proprii ualoris Describitur.n.in cãtibus hoc modo 11 22 xxxvi. Destruitur insuper a subduplasupertripartientequartas sibi opposita: 4 8 12 ut præsens declarat concentus.

CANTUS

De ppor.duplasuperbipartientequintas



TENOR

De Proportione duplasupertripartiente quintas

Duplasupertripartiensquintas proportio fit quum maior sequentium notularũ numerus ad minorem præcedentiũ relatus continet eum bis & tris eius quintas partes ut. xiii. ad. v. & .xxvi. ad .x. &. xxxix. ad. xv. & deinceps. Hec enim proportio tredecim notulas coæquat quinq;.sibi cõsimilibus:ita ut unaquæq; ipsarũ tredecim diminuatur de octo terdenis partibus propriæ quantitatis. Describitur in cantibus hoc modo. xiii. xxvi. xxxix. Et destruitur a subduplasupertripartiẽte quintas sibi opposita : ut hic v x xv constat

CANTUS


TENOR

De Proportione triplasuperbipartientetertias

Triplasuperbipartienstertias proportio fit quum maior seqentium notularũ numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit cũ ter & insuper duas eius tertias partes: ut . xi. ad . iii . & . xxii . vii : &. xxxiii .ad . ix . & deinceps. In hac proportione undecim notulæ æquiualent & conmensurantur tribus sibi cõsimilibus:ita ut siugulaquæq; ipsarũ undecim diminuatur de octo undenis partibus propriæ quantitatis. Descibitur enim in notulis hoc modo xi xxii xxxiii Et destruitur a subtriplasuperbipartientetertias sibi opposita:ut hoc iii vi ix cõcentu disponitur

CANTVS







TENOR

De Proportione triplasuperbipartientequintas.

Triplasupbipartiensquintas proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium relatus continet eum ter: & insuper duas ipsius quintas partes:ut.xvii.ad.v.&.xxxiiii.ad.x.&.li.ad.xv.& deinceps. In hac proportione decem ac septem notulæ æquiualent & cōmensurantur quinq; sibi consimilibus: ita ut unaquæq; ipsarum decemseptem diminuatur de duodecim septemdenis partibus sui ualoris. Describit̃ in notulis hoc modo xvii xxxiiii li. Et destruitur a subtriplasuperbipartientequintas sibi opposita:ut v x xv præsens probat concentus

CANTus






TENOR

De Proportione triplasuperbipartientequartas.

Triplasuperbipartiensquartas proportio fit quum maior sequentium notularũ numerus ad minorẽ p̄cedẽtiũ ductus cōpræhẽdit eũ ter & tris eius quartas partes ut.xv.ad.iiii.&.xxx.ad.viii.&.xlv.ad.xii. Hæc proportio quindecim notulas æquat


æquat quatuor sibi consimilibus::ita ut unaquæq; ipsarum quindecim diminuat̃ de undecim quindenis partibus propriæ quantitatis. Figuratur in cantilẽnis hoc modo 15 30 45 Atq; destruitur a subtriplasuperpartientequartas sibi opposita ut hic 4 8 12 constat



CANTVS



TENOR




De Proportione triplasuperpartientequintas

Triplasupertripartiensquintas proportio fit quũ maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus continet ipsum ter & insuper tres eius quintas partes:ut .18. ad. 5. & . 36. ad. 10. & .54. ad. 15. & deinceps. In hac proportione decem & octo notulæ æquiualent & cōmensurantur quinq; sibi consimilibus::ita ut unaquæq; ipsarũ decem & octo diminuatur de tredecim octodenis partibus propriæ quantitatis: Describitur.n.in cantibus hoc modo 18 36 54 Atq; destruitur a subtriplasupertripartientequintas sibi opposita: ut 5 10 15 hoc precipitur concentu:

Verte folium

CANTUS



TENOR



De Proportione quadruplasuperbipartientetertias.

Q uadruplasuperbipartienstertias proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit eum quater & duas insuper ipsius tertias partes: ut.xiiii.ad.iii.&.xxviii.ad.vi. & .xlii. ad.viiii. & deinceps. Hæc enim proportio quatuordecim notulas coæquat tribus sibi consimilibus in potentia tẽporis & mẽsura:ita ut singulaquæq; ipsarũ quatuordecim diminuatur de undecim quartisdecimis partibus sui ualoris. Figuratur autem in cantilenis hoc modo xiiii xxviii xlii Et destruitur a subquadruplasuperbiptientetertias sibi opposita iii vi ix ut præsens probat concentus.

CANTUS




TENOR




De Proportione quadruplasuperbipartientequintas.


Q uadruplasupbipartiensqntas pportio fit quũ maior sequentiũ notularum numerus ad minorẽ pcedẽtiũ ductus cõtiet ipsũ qter cũ duabus eius qntis ptibus ut.xxii.ad.v.&.xxxxiiii.ad.x.&.lxvi.ad.xv.In hac pportõe uiginti & duæ notulæ æquiualent & commensurantur quinq; sibi consimilibus in potentia & temporis mensura:ita ut unaquæq; ipsarum uigintiduarum diminuatur de decemseptẽ uigesimis secundis partibus proprii ualoris. Figuratur in notulis hoc modo 22 44 66 Et destruitur a subquadruplasuperbipartiente quintas sibi opposita: 5 10 15 hoc probatur concentu.



CANTUS




TENOR



De Proportione quadruplasupertripartientequartas.

Q uadruplasupertripartiensquartas proportio fit quum maior sequentium notularum numerus ad minorem præcedentium ductus compræhendit eum quater & insuper tres ipsius quartas partes:ut.19.ad.4.&.38.ad.8.&.57.ad.12.& deinceps. Hæc enim proportio decem ac nouem.notulas connumerat & commẽsurat quatuor sibi consimilibus:ita ut unaquæq; ipsarum decemnouem diminuatur de quindecim decimisnonis partibus propriæ quantitatis. Describitur enim in cantilenis hoc modo 19 38 57 Et destruitur a subquadruplasupertripartientequartas sibi opposita: 4 8 12 quod præsens monstrat concentus.

Verte folium





Reliquas autem subalternas & specialissimas huius generis species diligens ex seipso perscrutator pari consideratione perquiret


De Generre submultiplicisuperpartiente eiusq; speciebus Caput Duodecimo


Submultiplexsuperpartiens genus quod quintum est minoris inæqualitatis oppositum multiplicisuperpartiēti est quum minor sequentium notularū numerus ad maiorem præcedentium relatus cōpræhēditur in ipso semel cū aliquanta ipsius parte plures aliquotas cōplectente:æquiualetq; minor ipse maiori in potentia & temporis mensura:ita ut singulæquæq; notulæ minoris de tot propriæ numerositatis particulis suscipiant augmentum quot fuerint notulæ ipsorum numerorum differentiam disponentes:ut & in cæteris minoris inæqualitatis generibus euenire contingit. Infinitos item gradus huius generis distribuit singularis submultiplicitas superpartientes cōplectens habitudines. Primus gradus fit ex subdupla.ut. Subduplasuperbipartiens. Subduplasupertripartiens. Subduplasuperquartipartiēs. Huiusmodi autem species subalternæ sunt quod quæq; in uim generis transeat. ut. Subduplasuperbipartienstertias Subduplasuperbipartiensquintas Subduplasuperbipartiensseptimas. hæ autem species specialissimæ uocantur. Idem quoq; in cæteris considerationis processus apparet. Secundus gradus fit ex subtripla ut Subtriplasuperbipartiens. Subtriplasupertripartiens. Subtriplasuperquatripartiēs:& deinceps Tertius gradus a subquadrupla concipitur ut Subquadruplasuperbipartiens. Subquadruplasupertripartiens . Subquadruplasuperquatripartiens. Huiusmodi autem subalternis specialissimæ species supponuntur. Quarum ꝓcessum disponamus hoc ordine

De ꝓpor. subduplasuperbipartientetertias

De Proportione subduplasuperbipartientetertias

Subduplasuperbipartienstertias proportio fit quum minor sequentium notularū numerus ad maiorem præcedentium relatus compræhēditur in eo bis cum duabus insup tertiis ꝑtibus suis:ut .iii.ad.viii.&.vi.ad .xvi.&.ix.ad.xxiiii.& deinceps In hac proportione tres notulæ æquiualent & commensurantur octo sibi consimilibus ita ut unaquæq; ipsarum trium augeatur de quinq; tertiis partibus propriæ quantitatis Describitur.n.in cantibus hoc mō iii vi ix Et destruitur a duplasuperbipartientetertias sibi opposita ut hic viii xvi xxiiii monstrat concentus






De Proportione subduplasuperbipartientequintas

Subduplasuperbipartiensquintas proportio fit quum minor sequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus continetᷣ bis in ipso & duæ eius quintæ partes:ut.v.ad.xii.&.x.ad.xxiiii.&.xv.ad.xxxvi. Hæc.n.proportio quinq; notulas coæquat in potentia & temporis mensura duodecim sibi consimilibus ita ut singulaquæq; ipsarum quinq; de septem quintis partibus propriæ quantitatis acquirat augmentū. Figuratᷣ aūt in notulis hoc mō v x xv Atq; destruitur a duplasuperbipartientequintas sibi opposita xii xxiiii xxxvi ut hic patet



CANTVS

TENOR




De Proportione ſubduplaſupertripartientequartas,

Subduplaſupertripartienſquartas proportio fit quum minor ſequent'um notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus continetur in ipſo bis & tres inſuper eius quartæ partes:ut.iiii.ad.xi.&.viii.ad.xxii.&.xii.ad.xxxiii.& deinceps In hac Proportione quatuor notulæ æquiualent & commenſurantur undecim ſibi conſimilibus : ita ut unaquæq; ipſarum quatuor augeatur de ſeptem quartis partibus ꝓpriæ quātitatis.Deſcribitur in cantilenis hoc modo iiii viii xii Et deſtruitur a duplaſupertripartientequartas ſibi oppoſita ut hoc xi xxii xxxiii concentu percipitur.

CANTVS

TENOR



De ꝓpor. ſubtriplaſupbipartientetertia

De Proportione ſubtriplaſuperbipartientetertias

Subtriplaſuperbipartienſtertias proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium relatus compræanditur ter in ipſo cū duabus tertiis partibus ſuis ut . iii. ad. xi . & vi. ad. xxii. & ix: ad. xxxiii. & deinceps Hec proportio tres notulas æquifacit undecim ſibi conſimilibus:ita ut ſingulaquæq; ipſarum trium de octo tertiis partibus ſui ualoris ſuſcipiat augmētum Deſcribitur.n.in notulis hoc modo iii vi ix Atq; deſtruitur a triplaſupertripartientetertias ſibi oppoſita:ut hic xi xxii xxxiii conſtat




CANTus

TENOR

Dc Proportione ſubquadruplaſupertripartientequartas

Subquadruplaſupertripartienſquartas proportio fit quum minor ſequentium notularum numerus ad maiorem præcedentium ductus continet' in ipſo quater cū tribus quartis partibus ſuis: ut . 4. ad. 19. & . 8. ad. 38. & . iz. ad. 57. & deinceps In hac proportione quatuor notulæ æqiualeht & cōmenſurantur decem ac nouem ſibi cōſimilibus:ita ut unaquæq; ipſaꝝ quatuor augeatur de quindecim quartis partibus propriæ quantitatis Deſcribitur in cantilenis hocmodo 4 8 iz Et deſtruit' a quadruplaſupertripartiētequartas ſibi oppoſita ut hoc per 19 38 57 cipitur concentu




Reliquas autem huius generis habitudines musicorum diligentiæ cõmittimus perscrutandas.

De Coniunctiõe plurium dissimilium proportionum: Caput Tertiumdecimũ

Diuersæ proportiones sese inuicem cõsequentes uarias subsequẽtiũ notularꝝ ad præcedentes sana consideratione ducunt habitudines. Nãq; si (exempli causa) tripla proportio in notulis immediate duplã fuerit subsequuta


subsequuta: sexcupla ilico proportio ex numerositate notularꝝ ipsius triplæ descriptæ ad priorem notularum numerum qui scilicet ante duplam ipsam dispositus fuerat: resultabit: quod his numeris sane percipitur . 1 . z . 6 . Binarius enim ad uuitatem duplus est. Senarius ad binarium triplus. Rursus Senarius ad unitatẽ sexcuplam facit proportionem: quã subsexcupla sibi opposita statim subsequẽs destruere comprobatur eius rei causa est deducta extremorꝝ æqualitas his terminis circũscripta . 1 . z . 6 . 1 . Id quoq; in cõnumeratione & pronũciatione notularꝝ pñtis concentus notissime percipitur.




Vnaquæq; igitur proportio ad præcedẽtem proportionem considerata: notulas semper confert præcedentiũ notularum numerositati: ita ut primæ proportionis considerationi tanq̃ fundamẽto relationis correspõdere noscantur: quod ultimo tertii Theoricæ Aryhtmetica disponente monstrauimus. Verum duæ primæ superparticularis generis species sesqualtera & sesquitertia sese inuicẽ in cantilena consequentes notulas posteriores in dupla ad priores conferũt consideratione: quod horum percipitur dispositione numerorꝝ . z . 3 . 4 . his superducta sesquiquarta sequentes notulas anterioribus commẽsurat secundum duplam sesqualteram: ut his constat numeris . z . 3 . 4 . 5 . Superaddita insuper sesquiquinta triplam ad primum notularum numerum perficiet proportionem: ut hac dispositione monstratur . z . 3 . 4 . 5 . 6 . Senarius nanq; ad binarium triplam implet habitudinem . Subsequente autem subtripla proportione omnes destruẽtur

dispositæ proportiones : namq; extremorum succedit æqualitas: ut probat hæc dispositio. 2. 3. 4. 5. 6. 2. Atq; in notulis eadem fit consideratione processus: ut hoc patet concentu

CANTUS






TENOR








Cōstat insup duas cōtiguas atq; imediatas supparticularis generis spēs pter sesqualterā & sesquitertiā: q̄ primæ sunt & maiores cæteris epimoriis duplā proportionē iplere nō posse Nā cū maioribus disponatur numeris q̄ duæ ipsæ primæ minorem ducāt proportionē necessium est: ut si sesquitertiam & sesquiquartam disposuero his numeris: 3. 4. 5. extremi inuicem termini duplam proportionem perficere


perficere non possūt: uerum superducta sesquiquinta extremitates inuicē dupla sese habitudine custodient hoc modo. 3. 4. 5. 6. Senarius enim ad quinarium sesquiquintam: ad ternarium uero duplam ducit collationē quā ilico succedēs subdupla sibi opposita destruit: deducta extremorum æqualitate: ut his constat numeris. 3. 4. 5. 6. 3. teruarius enim ad senariū subduplā pficit proportionem: priorem uero ternarium ipsa conspicit æqualitate: posteriores notulas priorum conferens numerositati: ut hoc percipitur concentu.

CANTUS



TENOR





Id quoq; in hiusmodi cōsideratiōe cōtingit: q; extincta quauis proportione a sua opposita eam illico subsequēte extinguūt & reliquæ præcedentes quæ eius mēbra sūt: quod ex præcedentibus dispositionibus deductū est: nāq; subdupla ipsa non modo duplam extremorum destruxit proportiōem: sed & sesquitertiam: sesquiquartam atq; sesquiquintam (duplæ ipsius membra) fecit obmutescere. Variis quoq; moribus sese inuicem subsequntur continuæ cuiuscunq; generis habitudines: quod cautus ex seipso musicus facile considerare potest


De Proportionibus musicas consonantias nutrientibus
Caput Quartumdecimum



Arum uero proportionū quæ propria dimēsiōe musicas probāt cōsonantia processum atq; naturam duximus exponendam. Sunt enim

in multiplici genere: Dupla: Tripla: Quadrupla: quibus Diapason: Diapason-diapente atq; Disdiapason conducunt in superparticulari: Sesqualtera: Sesquitertia: & Sesquioctaua: Diapenten: Diatesaron: ac tonū demōstrantes: quas quidem & si theoricis de eis uerba latius feci: hic tamen libet in ordine notularū strictius explicare. Quocirca quum dispositæ sesquitertiæ sesquioctauā superduxerit: extremi inuicē termini sesqualtera sese habitudine cōseruabunt: ut his constat numeris. 6. 8. 9. Octonarius nāq; ad senariū sesquitertiā facit: nouenarius uero ad octonariū sesquioctauā: rursus nouenarius ad senariū sesqualterā ducit proportionē: cui superposita sesquitertia extremos terminos dupla obseruatiōe locabit ut his monstrat numeris. 6. 8. 9. iz. Duodenarius. n. ad nouenariū sesquitertiam probat: ad senarium uero duplam: Superducta insuper sesqualtera: tripla illico resultabit extremorum consideratio: quod hac dispositione probatur 6. 8. 9. iz. i8. Numerus quoq; . i8. ad. iz. sesqualterā efficit: ad. 6. uero triplā. Qd quū triplæ huiusmodi sesquitertiam apposueris quadruplam pficies extremorum: ut hic. 6. 8. 9. iz. i8. z4. nā numerus. z4. ad numerum. i8. sesquitertiam monstrat: ad senariū uero quadruplā. Verum quū huiusmodi quadruplæ subiūcta fuerit subquadrupla sibi opposita: mox quadrupla ipsa eiusq; membra euanescent: cum ad priorem numerositatem subsequentes notulæ conducantur: quod extremorum terminorū probat æqualitas: ut his patet numeris. 6. viii. 9. iz. xviii. z4. 6. Numerus enim. vi. ad z4. subquadruplā efficit ad priorē uero senariū ipsa æqualitate refert qd & pñs cōcētus disponit in notulis hoc modo.

CANTVS



De proportione




TENOR

De pductiōe multiplicium proportionū ex multiplicibus & superparticularibus Caput Quintumdecimum.


POstremo multiplicium specierum ordinem ex multiplicitate & superparticularitate produci considerandum est. Prima enim multiplicis generis species scilicet dupla: & prima supparticularis scilicet sesqualtera simul iunctæ secūdam multiplicem ducunt in extremis. s. triplam ut his constat numeris. i. z. 3. superducta autē subtripla: destruit propter æqualē extremorū considerationem: ut hic. i. z. 3. i. Atq; in notularum quantitatibus secundum temporis mensuram idem consistit: quod præsens declarat concentus.

Verte folium

CANTVS




TENOR





Secunda uero multiplicis generis species uidelicet tripla:&secunda suppaticula
ris scilicet sesquitertia per cõsequentiam:tertiã multiplicis spetiẽ ducunt:scilicet
quadruplã: ut hic cõstat nũerus .1.3.4. Atq; in notulis dispositæ: subsequẽtes
notulas anterioribus quadrupla consideratione conducunt:quã subquadrupla
illico sibi opposita extinguit:ut præsens probat concentus.

CANTVS




TENOR





Tertia autem multiplicis generis species .s. quadrupla & tertia superparticularis
.s.sesquiquarta cõiunctæ: quartam concreant multiplicem uidelicet qu ntuplam
quod hoꝝ probat terminoꝝ dispõsitio.1.4.5. Idẽ quoq; in cantilẽis perficiũt
nam notulæ subsequentes quintupla habitudine anterioribus referunt:cuius dis
positio ꝑ subquituplæ sibi oppositæ subsequẽtiã extiguit ut hoc cõstat cõcẽtu.

CANTVS



TENOR





Consimilisquoq; deducendarũ multiplicium proportionum ex multiplicibus &
supparticularibus ꝓcedit cõsideratio. Nãq; quarta multiplicis species & quarta
suppaticularis quintã multiplicẽ:ut his ꝓbat nũeris.1.5.6. Q uita uero multipli
cis gener s species & quita supparticularis sextã cõficiũt mltiplicẽ qđ his cõstat
numeris .1 .6 7. Sexta ãt mltiplicis generis spẽs & sextasupparticularis septimã
ꝓbãt mltipl cẽ his nũeris.1.7.8 .Atq; reliquæ eodẽ mõ secũdũ naturalẽ nũeroꝝ
ꝑgressionẽ cõsiderat. Hẽs nũc cãdidissime lector nostras Musicæ exercitatiõis

commentationes non minore forsan a me ingenio & industria elaboratas q̄ taci
to abste exoptatas desiderio qppe quæ quū in legendis nostris Theoricæ libris
eris defatigatus: quasi quædam æpulæ acidulæ stomacum tuum recreent & refo
ueāt: nec carere culpa posse opinabar: si cum musicam artem edocuerim: & eius
ueluti penetralia secretiora aperuerim: hanc quoq; partē quæ Pratica uocatur &
in ipso Musicæ actu consistit & perficitur tacere sustinuissem. Quod si in tanto
opere quis depræhensus fuerit error: non indignentur propterea docti homines:
cum mea scripta mathematicorum atq; musicorum cuiq; peritissimo perpenden
da relinquā & castiganda. Verum quum uerbis aut parum latinis aut nimis re
cētibus quispiā offendetur: uelim materiæ in qua uersamur id tribuat: nec igno
ret compluꝛes scriptores si exacte res curare uoluerint sæpenumero antiquo uer
borum usui & Grammaticorum consuetudini indicere bellum oportuisse: Ista
præfari non institueram: quia hæc doctis & prudentibus a me scribunt̃ qui (nec
deprecanti) ueniam darent: sed imperitoꝝ uulgus animaduerti q scientie umbrā
induti: nostras meditationes prioribus labris degustantes ea statim maledictis
petunt & proscindunt: quæ pensiculate inde & sine liuore lectitata condignis ac
fructiferis forte laudibus prosequentur.

Practica Musicæ Franchini Gafori Laudensis quatuor libris cōpræhēsa Finit.

Brixiæ Impressa per Bernardinum Misintam de Papia. Sumptu & Impensa.
Angeli Britannici. Anno Salutis. M. D. II Idibus Sextilibus